

titia corrumpatur; munera enim semper veritatem prævaricant, et cito a viro violatur justitia. De justo judicio temporalia lucta non appetas, pro justitia nullum tibi præmium queras dum judicas, pro futuro serva mercetem, nec queras in terra rependi quod tibi in futuro debetur. Excuse manus tuas ab omni munere, si in cœlis velis habilitare; in judicio quoque sine misericordia sedeas. Custodi justitiam discretoris, et noli plus justus esse quam oportet. Omne cùm quod nimium est vitium est.

25. Impia justitia est fragilitati humanae non ignoscere; non igitur ames damnare, sed emendare potius quam corriger. Tene rigorem in discretione justitiae, judicii examen sequatur pietas, disciplinae rigorem temperet indulgentia, ita clementia esto in alienis delictis, sicut in tuis, nec quemquam districtius judices quam sicut te ipsum. Sic alios judica, ut te judicari cupis; dum enim indulges aliena peccata, tibi miseris; judicium quod atius imponis ipse portabis. In eo enim in quo judicas es judicandus; in qua mensura meatus fueris, remetetur tibi.

24. Omnia quæ inquisieris cum justitia definias, nunquam judices suspicionis arbitrio; ante proba, tunc judica; non enim qui accusatur, sed criminaliter reus est; periculum est aliud præsumptuose judicare. In ambiguis de judicio serva sententiam. Qui nosti tua, quando nescis, divino serva judicio; non nitaris damnare judicio humano quod Deus suo examini servat; incerta non judicemus, quoadusque novissime veniat Dominus, qui latenta producat in lucem. Quamvis enim non credenda sum, illico laien dimittentur, nisi qua certis indicis approbantur, et non quæ ordine judicario comprobantur.

26. In summo honore tibi suprema sit veritas; quamvis sublimis sis potestatis, in te celsitudinem reprime; non te extollat honor, sed præsideat humilitas culmen sublimitatis. Tanto esto majori humiliitate conspicuus, quanto es magna dignitate præclarus. Imposita tibi curas humiliter exple, et traditum tibi ministerium mente subdita suscipe. Esto obediens divinae dispositioni, et voluntati ejus contraire non audeas. Jura potestatis adeptæ moderanter exerce, et omnium non turbulent, sed tranquillo corde disponere. Cave honores, quos sine culpa tenere non pos-

A ris. Sublimitas enim honorum magnitudo seclerum, in majori gradu sine dubio poena maior.

26. Si vis esse quietus, nihil sæculi appetas. Semper requie mentis habebis, si a te curam mundi abjicias, semperque quiete æterna frueris, **346** si te a strepitu terrenarum rerum abstraxeris. Abjecis a te quidquid bonum propositum impedire poterit, et toto animo odies damnationem que diligit mundos. Quidquid habes, habeto ad misericordiam. Suffragatur virius tua in operibus. Non eligas cui misericordia, ne forte praetercas illum qui meretur accipere. Omnibus da, ne forte cui non dederis ipse sit Christus; et cui largiris, cum hilaritate largire; et quidquid tribuis, cum affectu tribue; tribue misericordiam sine mormuratione, præbe elemosynam sine tradio.

27. Major autem sit benevolentia quam quod datur. Major sit gratia quam quod impenditur; tale enim erit opus tuum qualis fuerit intentio tua. Quod enim affectu bono disiensatur, hoc accipit Deus; qui autem cum tradio dat, perdit mercedem suam. Qui cum tristitia manum porrigit, fructum amittit remunerationis; non est misericordia, ubi non est benevolentia. De tuis justis laboribus ministris pauperibus. Non auferas uni node tribus alteri. Nihil prodest si alium inde reficiens unde alium inanem facis. **C** Condemnat misericordia ista, non propitiat. Bonum quod facis misericordie causa, non jactancie, facito; nil propter temporalem opinionem, nihil propter famam, sed propter vitam æternam et Dei charitatem. Quidquid agis, pro futura mercede age, æternae remunerationis expectatio te teneat. Animus quidquid egeris causa gloriae, hoc est facti tui.

28. Si dederis ita, ut hominibus immetescat, non homini, sed proprio persone præsististi, nec quod ad æternum, sed quod ad hujus [Forte, hujus vita] gloriam proficit. Ecce accepisti modica, data est tibi norma vivendi; nulla te ignorantia excusat, non es jam vita nescius, non es imprudens, aut ignorans, legem quam debes sequi, dispositionis qualis esse debetas, descripsi. Cognitiones mandatorum habes. Jam scis quid est recte vivere, vide ne ultra offendas, vide ne quod recipis legendo contenus vivendo. Bonum scire, acceptum retine, et imple opere quod didicisti præceptione. Vide deinceps ne bonum quod accepisti despicias. Amen.

## APPENDIX XVI.

### EXHORTATIO POENITENDI CUM CONSOLATIONE ET MISERICORDIA DEI ,

#### AD ANIMAM FUTURA JUDICIA FORMIDANTEM .

Cur fluias, anima, mœrorum quassata procellis?  
Usquequo multimoda cogitatione turbaris?

Mens confusa tardiis, itineris devia carpens,  
Tranmitis caliginis subducta luce percorrit.

5 Non ablatas res, cellulas mundi faciesque suspires,  
Nec casus honoris, sed iuntas animarum plora.

Non haec defunctionia doleas exitia carnis;

Sed perseverantia Tartari tormenta formida.

Nec ærumnas carceris abigas, quibus sine carebis;

10 Sed juges Avernii miseras prospectans evita,

**347** Quæ hic redimi facili compendio pos-

[sunt,  
Si mundi affectus in amorem Christi conver-

[tas,  
Et te non negligas ab iniuitate privare.

Cuneta peccata a corde divulsa propellas,

15 Res iniquas penitus remove, saltemque percur-

[sus,  
Abhorre, ut sinceritate ruot vel sero reniteas.

Abjecit te mundus percussitque, rescripsit,

[derisit.

Quare non consideras quid a te Christus ex-  
[quirit?

D Non humana manu talia te perpeti puies,

20 Sed hæc provenisse divino judicio crede.

Irritasti contra te Dominum offensa delicti,

Qui te flagris arguens corripit, coeret, af-

[fligit,

Flagelli impendio monet, ut errata cognoscas

Et agnita pœnitens corrigas, distringas, emeu-

[des.

25 Hoc sentire debes, quod instanti verbere pul-

[satus,

Ut benevolus a malo segregatus existas,

Et pernicioса respuens, immoxia queras.

Vult contritionis nunc te examinare camino,

Quo conflatus pristinas vitiorem sordes amitas.

30 Cur ergo per quæquam diffusus mento va-

[lurris?

Ad calcem examinis sensus tui collige gressus.

D scute cor tuum, cautius interrogamentum.

Quid ludibriorum retinet, vel gessit, exponent.

\* Vide Isidoriana, c. 81, n. 19 et seqq.

- quid sœvum, quid noxiūm concepit, vel operit, A  
[pandat;
- 35 Et dum est licentia, tōtūm prædamnare festina.  
Ecce perpetra cuncta coram oculis constant,  
Et secreto murimur mens universa proponit.  
Quid admissa crīmina nisi lumenta requirunt?  
Quid vult facti vulnus, nisi malaginata fletus?
- 40 Nullum scelus aliter nisi pœnitendo  
Expiatur, imo puniendo, ne sit iam ultra,  
Defetur. Ergo si ruisse nequitor vivendo  
Dispicet, surge decenter. Melius agendo pœn-  
[furre  
Judicem futurum, timens perdētēm iniquos.
- 45 Hunc post sœculū crīmina opere justitiæ placat.  
Atros ignes inferi, quod est mors secundū, pa-  
[vesce;  
Sed admissa pœnitens puni peccata, et vives.  
In hac vita lacrymis extingue Tartari flam-  
[mas,  
Et necando crīmina vires evaca morūs.
- 50 Mors illie non repetit quos hic viventes amittit,  
Nam qui se peccato dirimit, justitiæ jungit;  
Et spiritus vite obsequens mandata eustodit,  
Peccata repudians morti servire contemnit.  
Ultra jam non moritur, nec mors dominabitur  
[illi,
- 55 Neque eum Tartarum excipiet in morte, sed  
[cœlum,  
**348** Nullatenus dubites in hoc, nee unquam  
[diffidas;  
Nam sic protestanda divina dicta decernunt:  
Ad regnum profecto transierunt cum Christo  
[victuri,  
Qui pœnituisse mala perpetrata probantur.
- 60 Nulla te res dubium de misericordia reddat.  
Nam parcere Deus promptus est elementer in-  
[dignis,  
Atque pœnitentibus veniam libenter donare,  
Tantum si pœnitetas, nec jam pœnitenda com-  
[mittas;  
Et ob hoc irrisor atque subsannator vocatus,
- 65 Veritas pœnitentiam in punitiōnem periei.  
Labor sine fructu est, et spes vanissima valde,  
Sic peccata plangere, ut non desinatur pec-  
[care.  
Quasi quis instructa destruat, diruta reformet,  
Si quod lavat hodie, polluit et sordidet eras;
- 70 Sic enim non lotus habetur, sed semper im-  
[mundus.  
Nec capit hujusmodi veniam, sed provocat  
[iram,  
Quoniam non diluit, sed dilatat criminum gesta.  
Tu denique cautius talium exempla declinans,  
Et jam peccasse pœnitere, et jam peccare de-  
[siste.
- 75 Dissipa præteritas lacrymarum opere culpas.  
Da eleemosynam, si habes, redime prohra,  
Et sequi vanissima respue, contemnere cura.  
Sit jam abdicabile, sit abominabile semper pec-  
[catum,  
Quod cœlo distrahit, in infernum deponit.
- 80 Melius sit regni gloriam nitore carpere,  
Quam regni jacutram sordium horrore per-  
[ferre.  
Conversus ad Dominum post tenebras incem-  
[arripe,  
Amplectensque vitam mortalia facta relinque.  
Confiteor illi, cumpungere, plangito, roga,  
Dic: Peccavi nimium, parce, miserere, pro-  
[clama.
- 85 Curva cordis genua, prostratus corpore in ter-  
[ram.  
Obscura assidue, profusis lacrymis ora,  
Lenias ut humiliis, quem exasperasti superbus.

- Nam Dei clementiam humiles et flentes aequi-  
[runt,  
Non ridentes impetrant, neque contumaces ex-  
[lorant.
- 90 Certo te pœnitentia perperam quæcumque ges-  
[sisse,  
Ut odiens horreas quidquid indecenter amabas,  
Quod pudore congruo rubor verecundus asper-  
[nit,  
Rite demum veniam lacrymarum prece requi-  
[ras.
- Illis namque fomentis animæ peccata niedetur.
- 95 Et omnia vulnera prisca sanitate receptant.  
Sic namque divinum sedas eito furorem;  
Sic profecto capies quidquid lacrymando depo-  
[scis;
- Sic denique poteris evadere quidquid.  
Claudit, obligat, officit, affligit, obumbrat,
- 100 **349** Et ad Dcī gratiam hoc modo redire gau-  
[fabis.  
Quamvis sis peccator impius, malignus, ini-  
[quus,  
Criminis omni genere contagioque pollutus,  
Pete a Deo veniam, hæsus in nequaquam in  
[fide,  
Qui omni peccamine cunctos pœnitentes expur-  
[gat.
- 105 Omne dimittit facinus vera pœnitudo delicti,  
Nec est crimen ullum quod nequaquam lacrymæ  
[tergant.
- Quamvis de justitiæ terreat iudicis dies,  
Nunc misericordia certa pœnitudo potitur.
- 110 Delinquentem Deus de praterito damnat,  
Si bonus ex malo fuerit extremo repertus,  
Ut dicitur impli, si impietas relinquit,  
Opera justitiæ faciat, extremo conversus,  
Impietas illius omnis oblita demetur,  
Mortique sublatus æterna per secula vivet.
- 115 Sic denique Paulus fidelis ex initio factus  
Cunctis caret criminibus, quæ impiæ gesserat  
[fatu.
- Sic ex publicano venit evangelista Matthæus.  
Sicque Cyprianus ex mago sacerdos et martyr,  
Sic et Augustinus ardenter carnis amatör,
- 120 Fit ex Manichæo mundi probatus magister <sup>a</sup>.  
Sic et Ninivitæ impia, obscene, nelanda de-  
[fentes
- Flagitia, vitam pœnitendo merentur.  
Mauasses, qui idolis templum repleverat Dei,  
Et de cœlo pridem datum profanaverat legem,
- 125 Post, amissio regno, captivus, et ferreis vinculis  
[moltis
- Ligatus, Dominum pœnitentia placans, regno  
Restitutus est, nexibus culpisque solutus.  
Sic David stupri culpam homicidique redemit.  
Et Achaz similiter cœlitus pendente evasit  
[iram.
- 130 De quo coenitus dixerat ulcisci Deus.  
Petrus fide lapsus, rursus pœnitendo resurgit.  
Sic et Evangelii meretrix, ac publicanus  
Parvis fusis lacrymis, multo se piæto mun-  
[dant.
- 135 Et plurimi alii, quos olim Scripturæ decla-  
[rant
- 140 Post crimina cœlibes factos pœnititudine viros.  
Sic e contra pulum habentes ad Tariara ea-  
[dunt,  
Qui bona priora malum appetendo relinquunt.  
Ut dicitur justo, si ab iniunctate  
Egressus iniquus existiterit, justitia omnis  
Ejus depereat, et ipse morte damnetur <sup>b</sup>.  
Sic Judas olim subito malignus effectus,  
Omne bonum perdidit, quod dulcum beate per-  
[legit.

Sic et Salomoni nihil imputatur bono  
Quod antea gessit, sed extremo malo damna-  
[ tur.]

**145 350** In qua voluntate postremo quispiam vel  
[actu]

Fuerit inventus, in hac judicandus erit, sicut  
De hoc ipso Dominus locutus est dicens :

In quo te invenero in hoc te judicabo.

Et si credis amplius, hos ipsos diligit Deus,

**150** Qui post pravitates esse rectiores student,  
Ac sic se post vitia virtutibus magnis exer-  
[cent]

Quam qui mala gravia nunquam perpetrasse  
[noscuntur],  
Et bona præcipue torpentes agere piget.

Sicut quispiam dominus illum magis servum

**155** Amplexitur, qui post: damna potiora a lucra  
[reportat]

Quam qui nihil perdidit, et nihil augmenti fe-  
[cit]

Sic imperator illum magis militem amat,  
Qui, post fugam remeans, hostem persequendo  
[prosternit],

<sup>a</sup> Editio, *damna quædam potiora.*

**A** Qnam qui nunquam fugit, et nil unquam fortiter  
[fecit, illi]

**160** Sic agricola illam terram plus amat, quæ uberes

Post spinas affert fruges, quam quæ spinas b  
[nunquam nutritiv, Et fertilem messem nunquam aliquando pro-  
duxit.]

Non desperes veniam, sed potius spera salu-  
[tem, Si facturus optima, pessima damnare decernas.

**165** Corrige delictum, muta mores, renova vitam,  
Et nulla te plecti dolebis postea pena.  
Non erit in criminis, quem poenitet ante fuisse ;  
Nec dicetur impius, qui fuerit denuo pius.

Sequentia vero carmina constructa lamentis  
**170** Suspirando lectita nonnunquam plorando de-  
[canta.]

Nam potest Dominus transferre in gaudium lu-  
[ctum, Et aduersa omnia in prosperitatem mutare.

Quem æternis laudibus glorificant in celo cœli,  
Et suminis honoribus cultores efferunt inundi.  
Amen.

<sup>b</sup> Editio, *quam illam, quæ tribulos vel spinas.*

## APPENDIX XVII.

### LAMENTUM POENITENTIAE (a).

**Audi, Christe, tristem fletum,**  
Amarumque canticum,  
Quod perculsus et contritus  
Modulatur spiritus ;  
Cerne lacrymarum fluxus,  
Et ausulta gemitus.

**Ad te multum vulneratus**  
Vocem fletus elevans  
**5** Alta de profundo cordis  
Emitto suspiria,  
Precibus si forte velis  
Placatus ignoscere.  
Alleva calamitatis  
Importunæ pondera,  
Quæ me diutius premit,  
Et elidit impie,  
Nec discedit, ut resumam  
Vitæ respiraculum.

**10** Ablato consolatore,  
Quadro clausus lapide,  
**351** Gemologens, et suspiro,  
Miserere, clamans,  
Pulso rogans tota die,  
Sed tu semper dilatas.

Ad juventutis delictum,  
Et ad ignorantiae,  
Non me teneas, exoro :  
Sed misericorditer  
**15** Pratermissum hoc dispone  
Jam indigno parcere.  
Ab antiqua pietate  
Ne declines, obsecro :  
Nam justitiae rigorem  
Si me sequi jubeas,  
Mille sum debitor poenit.,  
Mille dignus mortibus.

Aspice jam, Deus clemens,  
Æruinas quas tolero,  
**20** Remove contritiones,  
Et flagella prohibe :  
Ne me, precor, indignatus  
Opprimas, et conteras.

Annos meos in dolore,  
Vitam in gemitibus  
Vilis factus consummavi :  
Parce mihi, deprecor,  
Jam non possum sustinere  
Da dextram, et eripe.

**25** Aggravasti manum plagæ  
Super me validius,  
Carnem dira flagellorum;  
Ultione conterens,  
Cæde, ferro, sorde, peste,  
Tenebrarum carcere.

Auges tempora pressuræ,  
Luctus addis onera,  
Differens afflito valde  
Dare mihi requiem,  
**30** Contra quod grates rependo,  
Non resultans murmur.

Abes (b), dico, veritatem,  
Ut occidas impium;  
Sed rogo, post disciplinam  
Da placatus veniam,  
Quia non inortem iniqui,  
Sed vitam desideras.

Accuso me, non excuso,  
Laudans te, quod mitis es,  
Juxta modum delictorum  
Parva datur ultio,  
Ilæc, et ampliora, clamo,  
Dignus sum excipere.

Ad remedium malorum  
Æterni judicii,  
Satius nunc [est] flagello  
Temporalis percuti,  
Quam perennibus futuro  
Dari cruciatibus.

Adibibe, si placet, adhuc  
Tormentorum stimulus,  
Quibus dellunt veterua,  
Putridaque criminis :  
Salus tantum, vita demum  
Subsequatur morbidum.

Adhibe, sed non iratus,  
Ut sit tolerabile,  
Quod me propter mea jubes  
Perpetui facinora ;  
**45** Quatenus correpto rursum  
Sis mitis post verbera.

Amarum hoc est, et leve,  
Quia pertransibile,  
Sed amarius, et grave,  
Quod irrevocabile,  
Quo poenarum non est finis,  
Nec dolori requies.

Ardens illuc urit flamma  
Damnatorum corpora,  
Ultra redditum non sperat,  
Quem illa suscepit,  
Cujus pavore tabesco  
Liquesco formidine.

Arbiter, et testis æquus  
Ipse dum adveneris  
Justam reddere mercedem  
Singulorum meritis,  
Quo me salvare decernas,  
Opus non invenies.

**55** A Deo districtum cernens  
Examen iudiciei,  
**352** Duco vitam in mœrore  
Jugiter et gemitu,  
Justum judicem visurus  
Jam pavesco territus.

Amarus et pavidus tunc  
Vultus tuus impis,  
Per quem nullus impunitus  
Erit habens criminis.  
**60** Nisi qui lacrymis illa  
Nunc vivens absterserit.

A tranquillitate tua  
Tu nunquam mutaberis,  
Sed mitis parebis justis,  
Terribilis impis,  
Quos habuerit de culpa  
Reos conscientia.

<sup>a</sup> Vide Isidoriana, c. 81, n. 25 et seq

<sup>b</sup> Abes pro habes.